UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

S. Odilo Abbas. Cura defunctorum

[Köln], [1654]

S. Thuribius Archiep. Patrocinium miserorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-71907

Visual Library

S. THURIBIUS ARCHIEP.

Patrocinium miſerorum.

Deus, qui Peruvii regnum S. THURIBII laboribus Apoſtolicis excoluiſti, & miraculis crebris illuſtraſti; reſpice propitius barbaras novi illius orbis gentes, ſine paſtore errantes, & omnesad tuum ovile pertrahe.

Orapro Indiis Occidentalibus,

&c.

THVRIBIVS an. 1538 in regno Legionis Majorgę natus, inter obeundum ſtudia Valliſoleti ac Salamanticæ, pietatem, in quam mire propenſus à puero fuit, ſic excoluit una cum litteris adoleſcens; ut ex majori, cui fuerat adſcriptus, Collegio, primum lectus ſit Fidei Inquiſitor ac Granatam miſſus, deinde ad Archiepiſcopatum Limenſem in Peruvia nominatus à Philippo II, & à Gregorio XIII confirmatus. Appulit in Sedem, quinquennio vacuam, & vaſtiſſimam leucarum 400 diœceſim, an. 1581; eamq; 25 annis adminiſtravit, totam identidem per ſe viſitans, & juxta Tridentini præſcripta ordinans. Fundavit interim pia loca complura, & qui pene puer audierat Pater pauperum, multo magis id fuit ſenex, nihil pene uſibus ſuis reſervans. Zannæ, procul à metropoli poſitus, ægrotavit & obiit an. 1626, 23 Martii, ex tunc clarus miraculis; ſed multo magis, ex quo allatum Limam corpus eſt, & magnifice depoſitum. Ut autem hodie coleretur, ſtatuit Innocentius XI, anno, quo eum Beatis adſcripſit, 1679.

Ab infantia crevit mecum miſeratio; & de utero matris meæ egreſſa eſt mecum. Job. 31.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN